

De Alio Systemate Turcarum.

Poëtius Tom. i. Dispp. de creation. p. m.
692. 693. An Stellæ sint animatæ aut ratio-
nales? p. l. Prius videtur affirmasse *Aristote-*
les secundūm *Thomam*, *Aureolum*, *Scotum*,
Pererium, Posterius *Maymonides* in libro de
fundamentis legis p. 29. 33. 34. *Origenes*: &
illō absurdiores *Manichæi*, statuentes Chri-
sti corpus stellis affixum esse: imprimis luci-
do Solis globo infusum, apud *Danaum* in
Augustin. de hæres. c. 46. *Similia Hæretico-*
rūm, *Platonicorum*, Poëtarum deliria sup-
peditabit *Virgilius Georg.* 4. & *Horat. Odas.*
I. *Catullus* in Poëm. de comā Berenices, de ani-
mabus brutorum, hominum aut partibus
corundem in stellas mutatis. Huc refer, Mu-
hammadica de stellarum intellectu & fide,
de sole, quod cum occidit, demergit se in
fontem ferventis aquæ, *Alcor. de cap.* 17. de
Antro: De Stellis, quod è cælo terris proximo
pendeant catenis aureis appensæ: & quod
dæmones repellant ab accessu cælorum.
Deque mari nebuloso supra decimum cæ-
lum, & aërio supra nebulosum, & lapideo
supra